Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

florens ⁊ ciuitates eius deserte erit
⁊ inhabitabiles. Maledictus qui op
ramum domini negligenter facit ⁊ maled
ictus qui prohibuerit gladium su
um a sanguine. Fertilis fuit moab
ab adolescentia sua ⁊ requiescit in
fecibus suis nec transfusum est de
uase in uas ⁊ in transmigracionem
non abiit. Idcirco permansit gustus
eius in eo ⁊ odor eius non est immuta
tus. Propterea ecce dies uenient dicit
dominus ⁊ mittam ei ordinatores
⁊ stratores laguncularum ⁊ sternent
eum ⁊ uasa eius exhaurient ⁊ lagen
as eorum collident ⁊ confundentur
moab a chamos sicut confusa est do
mus israel a bethel in quas habebat fi
ducia. Quomodo dicitis fortes su
mus ⁊ uiri robusti ad prehendum
uastata est moab et ciuitates eius
succenderunt ⁊ electi iuuenes eius
descenderunt in occisionem ait rex
dominus exercituum nomen eius
prope est interitus moab ut uenia
at ⁊ malum eius uelociter occur
rit nimis. Consolamini eum omnes
qui estis circuitus eius ⁊ uniuersi
qui scitis nomen eius dicite. Quo
modo contracta est ui[illegible]rga for
tis. Baculus gloriosus
descende de gloria ⁊ sede in sit
ti habitatrix filie dibon quoniam uasta
tor moab ascendet ad te ⁊ dissipa
bit munitiones tuas. In uia sta ⁊
prospice habitatrix aroer interroga fu
gientem ⁊ eum qui euasit dic quid
accidit. Confusus est moab quo
niam uictus est ululate ⁊ clamate
annunciate in arnon quoniam uastata est
moab ⁊ iudicium uenit ad terram ca
pestrem super holon ⁊ super iesan ⁊ super
mephaat ⁊ super dibon ⁊ super nebo et
super domum de beth diblathaim ⁊ super cari
atharim ⁊ super bethgamul ⁊ super beth
maon ⁊ super kariothaim ⁊ super bos
ra ⁊ super omnes ciuitates terre mo
ab que longe ⁊ que prope sunt. Ab
scisum est cornu moab ⁊ brachium
eius contritum est ait dominus.
Inebriate eum quia contra dominum e
nim contra dominum erectus est et
allidet manum moab in uomitu suo
et erit in derisum etiam ipse. Siquidem
in derisum tibi israel quasi inter fures
repertus es eum. Propter uerba er
go tua que aduersus illum locutus
es captiuus ducetis. Relinquite
ciuitates ⁊ habitate in petra habitatores
moab ⁊ estote quasi columba nidi
ficans in summo ore foraminis. Audi
uimus superbiam moab. Superbus e
nimis. Sublimitatem eius ⁊ arro
gantiam ⁊ superbiam ⁊ altitudinem
cordis eius ego scio ait dominus.
Iactantiam eius ⁊ arrogantiam eo
quod non sit iuxta eam uirtus eius
nec iuxta quod poterat conata est
facere. Ideo super moab ululabo et
ad moab uniuersa ⁊ clamabo ad u
ros uiri fictilis lamentantes ad
planctum iazer. Plorabo tibi uine
sabbama. Propagines tue transie
runt mare usque ad mare iazer pue
nerunt. Super messem tuam et um